



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Acta Ecclesiae Mechliniensis, Anni M. DCC. XVIII. Circa  
Bullam Unigenitus**

**Archidiocèse <Malines>**

**Bruxellis, [1719]**

Exemplar Subscriptionis Reverendorum Admodum Dominorum Pastorum  
Oppidi Lovaniensis.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-40699**



*Extractum ex Actis Capitularibus insignis Ecclesiæ Collegiatae Sancti Petri Lovanii, inter quæ habetur, ut sequitur sub datâ diei quartæ Novembris 1718. in Capitulo ordinario.*

**A** Pertæ, & lectæ sunt Literæ Excellentissimi, & Reverendissimi Domini Archiepiscopi Mechliniensis cum adjunctis exemplaribus ipsius Epistolæ Pastoralis; & omnes Domini præsentés unanimi voto denuò acceptarunt Bullam *Unigenitus*, & ordinarunt, ut ea, quæ petit Excellentissimus Dominus, executioni mandentur, & ut, tam Epistola Excellentissimi Domini manuscripta, quam Epistola ipsius Pastoralis impressa, registretur, & hæc omnia Excellentissimo Domino esse rescribenda per Reverendum Admodum, ac Amplissimum Dominum Decanum. Ità est, testor. *Erat signatum. J. B. FRANSSENS Secretarius.*



### EXEMPLAR SUBSCRIPTIONIS

*Reverendorum Admodum Dominorum  
Pastorum Oppidi Lovaniensis.*

**N** Os infra scripti in Civitate, & Universitate Lovaniensi respectivè Pastores, ad Epistolam Pastoralem Excellentissimi, ac Reverendissimi Domini THOMÆ PHILIPPE Archiepiscopi Mechliniensis die 17. Octobris 1718. Univerſo Clero & Populo suæ Diœcesis inscriptam, debitè congregati, ac memores Juramenti nostri, quo sæpiùs in  
solem-



solemni professione Fidei Romano Pontifici, Beati Petri Apostolorum Principis Successori, ac Jesu Christi Vicario veram obedientiam spondimus, ac juravimus; moniti præterea, ac obsecuti Illustrissimo zelo, & exemplo omni acceptione digno, præfati Excellentissimi, ac Reverendissimi Domini Archiepiscopi Nostri, Constitutionem Apostolicam Sanctissimi Domini Nostri, Domini Clementis Papæ Undecimi, quæ incipit, *Unigenitus Dei Filius*, sexto idus Septembris anno 1713. datam, uno corde, & ore, purè, simpliciter, sinè exceptione, sine explicatione, palàm amplectimur, eidemquè Constitutioni Nos integrè subjecimus, nec non centum, & unam Propositiones in eâ damnatas sinceris animis damnamus. Datum Lovanii hæc 7. Novembris anno 1718. *Erat signatum.*

*Hermannus Damen Sacræ Theologiæ Doctör, Regens, ac Professor Ordinarius, Decanus S. Petri Lovanii.*

*Guilielmus Del Vaulx Sacræ Theologiæ Doctör, & Professor Ordinarius, Pastor ad S. Gertrudem.*

*Natalis Del Bove Sacræ Theologiæ Licentiatus, Pastor Sancti Michaelis, Præses Collegii Hovii.*

*Joannes Henricus Mareels Pastor Parochialis, ac Collegiæ Ecclesiæ Sancti Jacobi.*

*Guilielmus Van Lintbout Pastor S. Quintini, Sacræ Theologiæ Baccalaureus formatus.*

*Gaspar de Lauwere Sacræ Theologiæ Baccalaureus formatus, Pastor Begginasii Majoris.*

EXEM.